

Et ita tempore isto oppidani isti se pro veris Romanis tenuerunt, auro et sericis vestiti, et vario se, qui habuerunt, vestierunt.

Ego Hermannus¹, rector sancti Benedicti, recognosco per praesentes, quod fui successor domini Theoderici de Monte, qui erat fidelissimus procurator sancti Benedicti, sed registrum per eum aeditum male insinuavit et declarat, ut etiam ab honestis hominibus, qui sui notitiam integre habuerunt, percepi et etiam mihi in persona scio, quia^a suo^b tempore rexi scollam beatae^c Mariae virginis et cum hoc fui notarius publicus civitatis, quae officia post acceptionem capellae retinui, et etiam^d antequam capella mihi erat concessa sancti Benedicti fueram officialis et rector ecclesiae sancti Ioannis extra muros civitatis ad leprosos, quam post concessionem capellae sancti Benedicti resignavi² propter officia specialia et taediosa, quae ad rectorem praedictae capellae sancti Ioannis pertinent, videlicet visitare leprosos et audire confessiones maleficum, et specialiter ita rector ibidem^e est obligatus, ut in festivitatibus^f semper visitet chorum sancti Reinoldi et alia officia faciat apud Sanctum Reinoldum, quae omnia fere debite non potui propter officium ex parte civitatis mihi commissum de inclusis praestare et adimplere.

Et tempore meo inclusae in reclusorio sancti Benedicti acceperunt pro se et suis regulam sancti Benedicti³ et tunc obtulerunt, sicut moris est, aurum, thus et myrrham, pro auro annulum; quia una meo tempore includebatur, obtulit mihi

a) ABC 'sua'. b) C 'suo enim tempore'. c) AB 'beatae' fehlt. d) C 'etiam' fehlt. e) Fehlt in A. f) C 'solemnitatibus'.

Dortmunde irsten ihr closter begundt tho bowen'. Derselbe Irrthum erscheint dann weiterhin bei Detmar Mülher (Seibertz, Quellen zur westf. Gesch. I, S. 328) und aus ihm bei Stangefol, Annales circuli Westph. S. 392. Auch Johann Kerkhörde verwechselt die beiden Feuersbrünste. 1) Der Name Hermannus ist falsch. In Wirklichkeit hiess der Vorgänger Bertrams von Hagen Gerhardus, der von 1287—1313 urkundlich erwähnt wird (Rübel, UB. I, N. 187. 188. 213. 228). Aus der letzten Urkunde geht hervor, dass Gerhard städtischer Notar war, was oben Hermann von sich aussagt. Zum J. 1310 findet sich in der Bürgerliste (Rübel, UB. I, S. 223) ein magister H. [Hermannus?] rector scholarum sante Marie erwähnt. Beide Persönlichkeiten scheint unsere Chronik zu confundieren und so einen Hermannus geschaffen zu haben, der zugleich städtischer Notar und Rektor der Marienschule, später Rektor der Benediktiskapelle war. 2) Diese Trennung fand erst im J. 1322 (Rübel, UB. I, N. 399), also erst unter dem folgenden Rektor (Bertram) statt. 3) Das geschah häufig. Wir besitzen noch eine vom h. Aelred im 12. Jahrh. nach der Regel Benedikts ausgearbeitete Ordnung für Reklusen. Sie ist abgedruckt u. d. T.: 'Regula sive institutio reclusarum' in Lucas Holstenius, Codex regularum (Wien 1759) I, S. 420—440.